

Band IV., Nr. 1197, Seite 264-265

Papst Innozenz IV. gebietet sämtlichen Kirchenoberen die genaue Aufrechterhaltung des dem Augustiner-Nonnenkloster in Gmünd zustehenden Zehentbefreiungsrechtes.

Lyon, 1251. April 5.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelati, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Cum abbates Cisterciensis ordinis tempore generalis concilii congregati, ut occasione privilegiorum suorum ecclesie ulterius minime gravarentur, ad commonitionem felicitis recordationis I. pape, predecessoris nostri, statuerint, ut de cetero fratres ipsius ordinis nisi pro monasteriis de novo fundandis non emant possessiones, de quibus decime debentur ecclesiis, et si pro monasteriis de novo fundandis tales possessiones pia fidelium devotione collate eis fuerint aut empte, committantur aliis excolende, a quibus ecclesiis decime persolvantur, dictus predecessor noster statutum huiusmodi gratum habens et ratum decrevit, ut dicti fratres de alienis terris et ab eo tempore acquirendis, etiam si eas propriis manibus aut sumptibus excolant, decimas persolvant ecclesiis, quibus ratione prediorum antea solvebantur, nisi cum eisdem ecclesiis ducerent aliter componendum, quod et ad alios regulares qui gaudent similibus privilegiis extendi voluit et mandavit, ut ecclesiarum prelati promptiores et efficaciores existerent ad exhibendum ipsis de suis malefactoribus iusticie complementum eorumque privilegia diligentius et perfectius observarent, sed, quod dolentes referimus, in contrarium res est versa, quia, sicut ex gravi querela dilectarum in Christo filiarum, . . . priorisse et sororum monasterii in Gamundia¹, ordinis sancti Augustini, Augustensis diocesis, frequenter audivimus, nonnulli ecclesiarum prelati et alii clerici earum privilegia temere contempnentes et contententes malitiose ipsorum pervertere intellectum eadem multipliciter inquietant. Nam cum sit ipsis indultum, ut de novalibus que propriis sumptibus excolunt, sive de ortis, virgultis et piscationibus suis, vel de suorum animalium nutrimentis nullus ab eis decimas exigere vel extorquere presumat, quidam perverso intellectu conficto dicentes, quod hec

¹Mehrfach, so von Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 741 und Bauer, in: Beschreibung des Oberamts Gmünd, S. 266, werden diese und die Urkunde WUB *Band IV., Nr. 1198, auf das Augustinerkloster in der Stadt Schwabisch Gmünd bezogen; das dieses Augustiner-Eremitenkloster in seiner frühesten Zeitein Nonnenkloster gewesen sei, ist allerding nirgends berichtet. Somit Band IV., Nrn. 1067, 1069, 1070).*

II

non possunt nec debent intelligi nisi de hiis que sunt ante generale concilium acquisita, ipsas super hiis multiplici vexatione fatigant. Nos igitur earum quieti paterna sollicitudine providere volentes universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dictas sorores a prestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante concilium memoratum quam de novalibus, sive ante sive post idem concilium acquisitis, que propriis sumptibus excolunt, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus suis vel de suorum animalium nutrimentis singuli vestrum omnino servetis immunes, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

 Datum Lugduni, nonis Aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Die Bleibulle ist verloren. Auf der Plica außen rechts: *Tedi*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 185 U 6

Überlieferung und Textkritik:

Original. Vidimus des Abts Georg von Lorch von 1493 Januar 25 über die Urkunden U G 6 und U G 8 vom gleichen Datum: StA Ludwigsburg B 185 U G 7. Abschrift in einem Papierheftchen von 1304 Februar 28: StA Ludwigsburg B 185 Bü 449.

Regesten:

ALFONS NITSCH (BEARB.): Urkunden und Akten der ehemaligen Reichsstadt Schwäbisch Gmünd 777 bis 1500, 2 Bde., Schwäbisch Gmünd 1966-67 (Inventare der nichtstaatlichen Archive in Baden-Württemberg, 11 und 12), Bd. 1, S. 5, Nr. 21. Schmidt: Papsturkunden, Bd. 1, S. 154, Nr. 341.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lyon

Aussteller:

Innozenz IV.; Papst

Ortsindex:

Augsburg, A
 Gotteszell Aufgegangen (22663)
 Gotteszell, aufgeg. in Schwäbisch Gmünd AA
 Lyon, Dep. Rhône, Frankreich
 Schwäbisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA